

vifii, quem Imperatorem Paduani cum eorum Carrocio honorifice receperunt; & pax ab eo Imperatore facta & publicata fuit ibidem. Quo Imperatore Padua existente, Dominus Gregorius Papa Nonus eundem excommunicavit pluribus sententiis & processibus publicatis contra eum, & sequaces ejus. Eodem Anno XIII. Junii Idem Imperator bannivit, & in banno cridari fecit omnes de Parte Comitatus Rizardi; & confiscata fuerunt, & publicata eorum bona in Comuni Verone, nisi ad octo dies se personaliter comparerent, seu presentarent. Eodem Anno idem Imperator apugnavit Castrum Plumatii districtus Bononie, & eo Anno obtinuit eum. Et eodem Anno Bonacursus de Palude Potestas Verone, una cum Veronensibus habuit consilium destruendi Castrum Calderii tunc Episcopatus Veronensis. Et eo Anno IV. Octobris. MCCXXXIX. XXVI. Junii flumen Aticis in tantum crevit, quod Pontem Novum, Pontem Navium, & omnes alios Pontes Civitatis Verone dirupit & fregit; & ultra quinquaginta Molendina, quae erant in Atice in Civitate submersit; & Pontem Sancti Natalis, & murum Portae de Morbio, & in pluribus aliis locis muros Civitatis Aticis aqua demersit; & plures domos in Inluolo, & in Civitate implevit aqua, & dirupit. Et fere per quatuor dies & plures aqua Aticis per Civitatem fecit transitum cum maximo decursu, & deinde cessavit.

Jan. 7. MCCXL. IX. Januarii Turraxendus filius olim Robaldi reddidit Castrum Orfanici Icerino de Romano, recipienti nomine Imperatoris, & Custodes posuit in eodem; propter quod idem Turraxendus rediit & intravit in Civitatem Verone. Et eo Anno die VII. Februarii dictus Icerinus de Romano fecit duci captos Morbium de Ponceto, Bonaventuram ejus filium, Benasutum Judicem de Pitadina, & in vinculis ferreis in Castro Bassani eos fecit includi. Eodem Anno Jacobus Teupolus Dux Venetiarum cum Veneris, Azo Esteensis Marchio, Rizardus Comes Sancti Bonifacii cum Mantuanis, Albricus de Romano, Bianchinus de Guelfis de Camino, Gregorius de Montelongo delegatus Domini Papae Gregorii cum ceteris aliis Militibus Lombardiae, & Romandiolae obsederunt Civitatem Ferrariae, & ibi steterunt a Festo Sanctae Mariae de Februarii usque ad primum diem Junii, & eam Civitatem obtinuerunt eis traditam per tractatum Bertholomei, Marchesini Parvi, Menabovis, & Sorinelli de Lambertis, & aliorum Proditorum pactis factis per Dominum Salinguerram Dominum Ferrariae, Paulo Intraverlatio de Ravenna, & aliis Dominis nominatis, qui interfuerunt obsidioni Civitatis praedictae. Et eo Anno Robaldus Franciscus Potestas Paduae pro Imperatore Frederico pugnavit prope Pontem Rubrum cum Azone Marchione Esteensi & suis Militibus, & Vincentinis; & perdidit praedictum Marchio, & plures capti fuerunt, inter quos Guizardus & Rizardus de Lendenaria, & Fava de Liulcis de Ferraria capti fuerunt, & Paduam conducti. Eodem Anno Ugo de Curte de Parma fuit Potestas Verone, & XVI. Maji ipse Potestas, Bonifacius de Panigo, Comes de Panigo, & Bonacursus de Palude cum Militibus & Populo de Verona, cum plaustris & navibus iverunt per terram & aquam per flumen Aticis versus Abbatiam contra Azonem

A Marchionem Estensem, & ejus Amicos, & Partem, in suum cursum & adiutorium Castri Gaibi, quod tenebatur per Veronenses; & nihil facere potuerunt. Immo turpiter recesserunt, dimissis eorum navibus & plaustris; & ea vice Castra Fratras, & Gaibi capta & destructa fuerunt pro Parte ipsius Marchionis. Et eo Anno Dominus Icerinus de Romano fecit amputari capita Joannis Bosii, & Bonzenoni Notarii de Gavardo, in Palatio Communis Verone, quia confessi fuerunt voluisse tradere Castrum Hostiliis Domino Philippo Episcopo Ferrariensi. Eodem Anno Gerardus Rangonus de Mutina Potestas Mantuae cum Populo Mantuano venerunt Trevenzolum & ad Villas circumstantes Districtus Verone pugnaturi cum Veronensibus; qui equitaverunt ad Trevenzolum, & ibidem cum Mantuanis acriter pugnaverunt; & obtinuerunt Veronenses contra ipsos Mantuanos. In quo bello ipse Gerardus de Rangono Potestas Mantuae mortuus est; & Bochadafinus de Mantua Capitaneus Mantuae, & plures alii Mantuani capti fuerunt, & in vinculis ferreis Verone conducti & carcerati fuerunt. Et eo Anno de Mense Augusti Dominus Fredericus Imperator obsedit Civitatem Ravennae, & XXII. Augusti ipsam Civitatem obtinuit. Et eo Anno Dominus Henricus de Igna fuit Potestas Verone & Carnalorus de Monticulis fuit potestas Verone.

C MCCXLII. de mense Januarii Ugucio de Pilio dedit Castrum Monticuli majoris, & omnia ejus alia Castra, & Petrus Comes de Montebello dedit Castrum Montebelli Domino Icerino de Romano. Et eo Anno Dominus Henricus de Igna tunc existens Potestas Verone fecit magnam Curiam Militum & Dominarum cujuscumque conditionis in Palatio Communis Verone, & in Foro, seu Mercato Verone Milites bagordaverunt, & tunc Dominus balaverunt in Ponticellis factis extra Palatium Communis Verone. Et eo Anno die XXV. Martii ignis combussit totum Castrum Montagnanum. Et Dominus Henricus de Igna Potestas Verone & Dominus Icerinus de Romano cum Veronensibus in eam Terram Montagnan intraverunt, & eam mitigaverunt, & unum Kironem seu Rocham fecerunt in ea. Et eo Anno datum & traditum fuit eidem per proditores circa Castrum Archularum, portantibus proditoribus extra dictum Castrum omnia eorum bona, exceptis victualibus, & balistis. Eodem Anno Monteferratus filius Ganzoli dedit ejus Castra Domino Icerino de Romano, videlicet Castrum Veterum, Bubulcam, & Vestenam. Et eo Anno factum fuit Forum seu Mercatum Verone, & de quadrellis saleatum, & de lapidibus Domini Guilielmi de Zerlis. Et eo Anno Advocatus de Ravenna Verone dedit Castrum Vilipente Comuni Verone, & expulsi guardas Communis Mantuae, quae erant & tenebant dictum Castrum. Et eo Anno Mantuani destruxerunt Turrim & Castrum Moraticum.

E MCCXLIII. XXI. Martii, Brixienfes, Mantuani, Rizardus Comes Sancti Bonifacii, & Dominus Turraxendus ceperunt Castrum Gazi, & eum munerunt; & in eorum adiutorium venit Dominus Icerinus de Romano cum mille & quingentis Militibus de Marchia. Et eo Anno Dominus Henricus de Igna tunc Potestas Verone una cum Veronensibus ivit ad reaedificandam Villafrancam cum magnis fossatis, bellifedis, & una Turte; & fecit fieri unum

W Et eo anno domini Conradus et Bartholomeus Abriani fuerunt potestates Certe.

n) pugnavit 2.

(nunc Jule)

x) Tempus alia manu paulo post. cor in Tepulus

Fet

x certis

11 p. 48

Protonet

f amissit bellum ipse

L > om.

x plis

11 p. 49
x plis

Vet eas coarserunt
et hinc Novembri
Henricus de Igna
potestas Verone

im principio
mensis Augusti

22. L 7 om.

17 L 7 rot.

11 p. 50. Certe.

17 xcuoque

11 p. 51. Certe.

17 xcuoque

17 xcuoque

17 xcuoque

17 xcuoque

17 xcuoque

17 xcuoque

17 xcuoque

17 xcuoque

17 xcuoque

17 xcuoque

17 xcuoque

17 xcuoque

17 xcuoque

17 xcuoque

17 xcuoque

17 xcuoque

17 xcuoque

17 xcuoque

17 xcuoque

17 xcuoque

17 xcuoque

17 xcuoque

17 xcuoque

17 xcuoque

17 xcuoque